



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Archiepiscopo Heracliensi, & Decano sanctorum quadraginta  
Constantinopolitano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

persona idonea repereritis canonice cele-  
bratam, vos eam auctoritate nostra subla-  
to cuiuslibet contradictionis & appellatio-  
nis obstaculo confirmetis. Quod si non  
omnes &c. tu ea, frater Episcope, cum  
eorum altero &c. Datum Laterani vii.  
Kalen. Augusti, pontificatus nostri anno  
quartodecimo.

*FRATRIBVS MILITIAE*  
*Templi de Aventino.*

*¶ p. 51.*  
*Codicinum*  
*codicinum trans-*  
*pla*  
**E**xaminata causa quae inter vos ex una  
parte ac dilectos filios Abbatem &  
monachos Criptæ ferrate ex altera super  
Ecclesia sanctæ Mariæ de Sorresco cum  
pertinentiis suis in nostra præsentia verte-  
batur, testibus & instrumentis utrinque  
productis, tandem inter vos & eos compo-  
nitio nobis mediantibus intervenit, ut vos  
Ecclesiam memoratam cum omnibus ad  
ipsam spectantibus perpetuo habeatis libe-  
re ac quiete, quibus Abbas & monachi  
supradicti omni liti & petitioni cedentes  
remisierunt quodlibet jus quin etiam con-  
cesserunt quod habere videbantur in eis;  
ita quod vos triginta solidos Provenien-  
tium Senatus, census nomine, annuatim  
eisdem in festo Assumptionis beatæ Mariae  
persolvatis in urbe. Nos igitur compositio-  
nem ipsam ab utraque parte sponte recep-  
tam auctoritate apostolica confirmantes,  
eandem decernimus inviolabiliter observa-  
ri. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &  
diffinitionis &c. usque incursum. Datum  
Laterani iv. Non. Augusti, pontificatus  
nostrii anno quartodecimo.

*ABBATI ET MONACHIS*  
*Cripte ferratae.*

*¶ p. 52.*  
*Sign. cont.*  
**E**xaminata causa quae inter vos ex una  
parte ac dilectos filios fratres militiae  
Templi de Aventino ex altera &c. per totum  
ut in alia usque intervenit, ut iudicem fratres  
Ecclesiam memoratam cum omnibus ad  
ipsam spectantibus perpetuo habeant libe-  
re ac quiete, quibus vos omni liti & peti-  
tioni cedentes remisistis quodlibet jus quin  
eniam concessistis quod habere videbamini  
in eisdem; ita quod dicti fratres triginta so-  
lidos Provenientium Senatus, census no-  
mine, annuatim vobis in festo Assump-  
tions beatæ Mariae persolvant in urbe. Nos  
igitur &c. per totum ut in alia usque in finem.  
Datum ut in alia per totum.



*PATRIARCHE GRADENSI,*  
*& Episcopo Castellano.*

**E**x litteris dilectorum filiorum Capituli  
Durachiensis accepimus quod bona memorie M. ipsorum Archiepiscopo viam  
univeræ carnis ingresso, iudicem, ne dicta Ecclesia, qua jadidum per tempora ex  
defectu pastoris lapsum gravem fenerat &  
ruinam, patris absentiam diutiis deplora-  
ret, convenientes in unum, & spiritus  
sancti gratia invocata, dilectum filium A. Constantiopolitanum Praepositum Venetiæ  
existentem sibi elegerunt concorditer  
in pastorem, nobis humiliter supplicantes  
ut quia Constantiopolitanæ Ecclesia nos-  
citur nunc vacare, à qua fuerat confirma-  
tions gratia expectenda, & ipsam electio-  
nem confirmare auctoritate apostolica  
dignaremur, & electo faceremus munus  
consecrationis impendi. Quocirca frater-  
nitati vestra per apostolica scripta manda-  
mus quatinus inquiratis de ipsa electione  
diligenter veritatem, & si eam inveneri-  
tis canonice de persona idonea celebra-  
tam, ipsam auctoritate nostra sublato ap-  
pellationis obstaculo confirmetis, electo  
consecrationis munus postmodum impen-  
dentes. Datum Laterani i v. Non. Augu-  
sti, anno quartodecimo.

*ARC HIEPISCOPO HERACLIENSI;*  
*& Decano sanctorum quadraginta*  
*Constantiopolitano.*

**D**ilecti filij Capitulum sanctæ Sophiae  
Ecclesiæ Constantiopolitanae no-  
stris auribus intimarunt quod nobilis vir  
comes Bertoldus ac nobilis mulier relieta  
Marchionis Montis ferrati & quidam alij  
Constantiopolitanae ac Thessalonicensis  
diocelum quasdam possessiones Ecclesiæ  
luz, de quibus ipsis debent necessaria mi-  
nistri, in ipsorum detinent præjudicium  
occupatas. Quocirca discretioni vestra  
per apostolica scripta mandamus quatinus  
detentores prædictos ad restitutionem de-  
bitam detentorum, monitione præmissa,  
per censorum ecclesiasticam appellatione  
remota cogatis. Testes autem qui fuerint  
nominati, &c. usque testimonium perhibe-  
bere. Datum Laterani ii. Non. Augusti,  
anno quartodecimo.

*EBREDVNENSI ARCHIEPISCOPO,*  
*& Uticensi apostolice sedis Legato &*  
*Regensi Episcopis.*

**C**um Roncelinus, qui habitu mona-  
chali rejecto Massiliensis civitatis do-  
Zzz iij

*Epist. 93.*  
*De electione*  
*Episcopi Du-*  
*rachiensis.*

*Epist. 94.*  
*De ablatiss. Ec-*  
*clesiae S. So-*  
*phie restituendis.*

*Epist. 95.*  
*De absolu-*  
*to Roncelini.*